



*I*ESVS, *M*ARIA, *I*OSEPH.

*I*VRIS, ET *F*ACTI *A*LLEGATIO.

P R O

REVERENDA **D**OMINA

ABBATISSA REGIJ MONASTERIJ BEATÆ
Mariæ de Petris-Albis.

AD PROBANDAM **M**EDIETATEM **I**VRIS **P**A-

tronatus ipsi vti compatronæ competentem Parochia-

lis Ecclesiæ Sanctorum Gervasij, & Protasij
Barchinonen;

ET **P**RO, **R**EVERENDO **D**OCTORE **I**OSEPHO

Pons Presbitero, ab illa presentato, & proviso Apo-

stolico de dicta Parochiali.

CONTRA.

NOBILEM **L**VDOVICVM

SOLER, ET DE **P**EGVERA, **P**RÆTENDENTEM

esse solum patronum dictæ Parochialis, & Reve-

rendum Iosephum Creus Presbiterum

ab ipso presentatum.

CORAM **I**LLVSTRI, ET **A**DMODVM **R**EVERENDO

Domino Ludovico de Iosa N. G. Barchinonen.

CONSUENTE **M**AGNIFICO **I**OSEPHO **A**RCIDET

N. I. D.



TINEBAT Ecclesiam Parochialem Sanctorum Ger-

vasij, & Protasij, Doctor Thomas Morer Presbiter, qui

cum a Sede Apostolica, ad presentationem Regiæ Maje-

statis fuisset provisos de Archidiaconatu de Badelona,

qui est Dignitas in Sancta Ecclesia Cathedrali Barchinonen.
& de Regio patronatus: & quia dicta Parochialis, agnita fuit incôpatib i-

lis

lis cum dicta dignitate, sua sanctitas in Bulla gratiæ dicti Archidiaconatus sibi reservavit provisionem prædictæ Parochialis, ad quam uti vacantem ob dictam incompatibilitatem, Reverenda Domina Abbatisa Regij Monasterij de Petris-albis, præsentavit uti compatrona dictum Doctorem Iosephum Pons Presbyterum: qua præsentatione attentata, sua sanctitas in ipsius favorem gratiam fecit de dicta Parochiali, & pro ea concessit Bullâ, cum derogatione medietatis patronatus alteri competentis, commissa executione dictæ Bullæ Officiali Vicen. tanquam viciniore, eo quod sedes Barchinonen vacabat,

2. Coram quo comparuit dictus Doctor Iosephus Pons, & verificato prius iure patronatus, ac constito de alijs in dicta Bulla narratis, discusso que toto negotio plenissime, facta fuit provisio executionis dictæ gratiæ in favorem dicti Doctoris Pons, cuius vigore eis facta fuit collatio, ac tradita possessio pacificè, & nemine contradicente.

3. Contra dictam gratiam Apostolicam insurgunt Nobilis Don Ludovicus Soler, & de paguera, uti præteritus patronus solus dictæ Parochialis, & Reverendus Iosephus Creus Presbyter ab eo præsentatus ad illam eo unico motivo, quod ipse Don Ludovicus, est solus patronus eiusdem Parochialis, & consequenter fuisse surreptitiam gratiam Apostolicam in favorem dicti Doctoris Pons eo prætextu obtentam, quod dicta Abbatisa erat compatrona: sicque derogationem dicti juris patronatus nullius esse valoris tanquam habitam, ex falsa expressione suæ sanctitati factam.

4. Ut hec oppositio dicti Don Ludovici Soler, & Reverendi Iosephi Creus, prorsus destituta videatur, & iustitia dictæ Reverendæ Abbatisæ, & Doctoris Iosephi Pons, clarior appareat, præsens allegatio in tres §§. dividetur.

S. Primus
PROBATUR DICTAM REVERENDAM ABBATIS-
sam de Petris-Albis, esse compatronam dictæ Paro-
chialis Ecclesiæ. ds

Verum falcem ad radicem mittimus præ oculis anteposimus Sa-
crum Concilium Tridentinum ses. 25. de reformatione cap.
9. in quo dans formam probationi juris patronatus, sic disponit: Decernit
Sancta Synodus, ut titulus juris patronatus, sit ex fundatione, vel donatione, qui
ex autentico documento, & alijs iuris requisitis ostendatur: si ve etiam ex multi-
plicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, quæ hominum me-
moriam excedat, alia ve secundum juris dispositionem.

6. In nostro casu, non invenitur instrumentum fundationis, vel dota-
tionis dictæ Rectoriæ, ut partes sunt in confesso; sicque est recurrendum, ad
alium modum probationis patronatus, quem admittit C. T. Nempe ad
multiplicatas præsentationes, per antiquissimum temporis cursum; has
enim habet dicta Reverenda Abbatisa, quibus clare, & evidenter ostenditur
ipsam

ipsam esse compatronam dictae Parochialis Ecclesie simul cum alio compatro laico.

7 Nam primo; vacante dicta Ecclesia Parochiali, per mortem Simeonis Sarrovira fuit facta collatio per Episcopum Barchinonen. Petro Villarata die 30. Martij 1408. ad presentationem in hunc qui sequitur modum ibi: *Ad presentationem discreti Antonij Majoris Presbyteri beneficiati in Ecclesia Monasterij Sancti Petri Puellarum Barchinonen. Procuratoris. & nomine Procuratorio discreti Francisci Sorribes Presbyteri, & Beneficiati in nostra Ecclesia Barchinonen. factam de vobis Reverenda Domina Violantis Abbatisse Monasterij Beatae Mariae de Pedralbes; & demum per eundem Antonium, ut Procuratorem dictorum Dominae Abbatisse, & Francisci de Sorribes, etiam nobis factam. ad quos Dominam Abbatisam, & Franciscum, certis titulis, & iuribus nobis clare ostensis jus patronatus seu presentatio dictae Ecclesiae Sancti Geruasij noscitur pertinere.*

In processu fol. 81. retro.

8 Per obitum dicti Petri Vilarrassa, vacante dicta Parochiali, Ordinarius Barchinonen, fecit collationem de ea Petro Olzina die 3. Augusti 1418. cum his, verbis contentis in instrumento collationis ibi: *Ad presentationem discreti Francisci de Sorribes Presbyteri factam de vobis Reverenda Domina Abbatisse Monasterij de Pedralbes, & demum per Antonium Mas Presbyterum Procuratorem substitutum a discreto Bartolomeo Colelli Presbytero Beneficiato in Sede Barchinonen. Procuratore Economo, & Syndico praedictae Dominae Abbatisse, prout de sua substitutione constat, cum publico instrumento recepto in possessione discreti Iuliani de Roure Regia auctoritate, Notarii publici Barchinonen. 2. die mensis. & anni, infrascriptarum, & Domini Francisci Sorribes, etiam nobis factam, ad quos Dominam Abbatisam, & Franciscum Sorribes, certis titulis, & iuribus nobis clare ostensis jus patronatus seu presentatio dictae Ecclesiae noscitur pertinere.*

In processu fol. 80. retro.

9 Vacante etiam eadem Parochiali per mortem dicti Petri Olzina, Franciscus Sorribes presentavit die 6. Septembris 1438. Petro de Insulis & cercioratus (prout debuit virtute praecedentium presentationum, & collationum) quod dicta Abbatisa, erat etiam compatrona, requisivit, & supplicavit illam quatenus dictam presentationem admitteret, & simul cum ipso representaret dictum Petrum de Insulis Episcopo Barchinonen. ut iste virtute presentationis, & representationis simul collationem faceret, qua presentatione, non obstante, dicta Abbatisa noluit in continenti presentationem admittere, nec representationem facere: & statim dictus Sorribes visa recusatione Abbatisae comparuit coram ordinario petens presentationem ab ipso factam admitti, & collationem Petro de Insulis fieri: & Ordinarius respondit, solum presentationem admittere, si, & in quantum, & non alio modo; eo quod ipsi, non constabat dictam Abbatisam, fuisse requisitam, & quia tempus a iure concessum Abbatisae, non erat elapsum. Qua propter die sequenti iterum fuit eadem Abbatisa requisita per eundem Sorribes, ut dictam presentationem admitteret, & representationem faceret, quam vere fecit, & ea attenda Ordinarius collationem concessit.

In processu fol. 79. retro.

Requisitio.

Ea-

In proce-
ssu fol. 75.
retro.

10 Eadem Parochiali vacante per mortem Petri Fælicis fuit ab Ordinario Barchinonen. collata Petro Vernet 17. Augusti 1454 ad præsentationem, sub his verbis ibi: *Ad præsentationem discreti Francisci Sorribes, Presbyteri, in Ecclesia Sancti Petri Puellarum Barchinonen. Beneficiati, factam de vobis Reverendæ Dominæ Abbatissæ Monasterij Betæ Mariæ de Petris-Albis ad quos jus patronatus dicti Beneficij noscitur pertinere.*

In proce-
ssu fol. 74.
retro.

11 Dicitur Petrus Vernet, permutavit dictam Ecclesiam Parochialem cum Berengario Seltrada die 5. Augusti 1462. requisita Domina Ioanna vxore venerabilis Loduvici Dolibes Mercatoris Civis Barcinonæ patroni dictæ Ecclesiæ Procuratore sua Generali, quæ noluit consentire, & etiam, requisito dicto Loduvico Dolibes; expresse tamen consentit, dicta Abbatissa vti compatrona. ibi. *Et etiam cum consensu Reverendæ Dominæ Violantis de Sentillis, Abbatissæ Monasterij de Petris-Albis compatrona.*

In proce-
ssu fol. 73.
retro.

12 Vacante etiam dicta Parochiali, per mortem Bernardi de Corbaria, fuit collata per ordinarium Barchinonen. Ioanni Fiella die 20. Aprilis 1529. ad præsentationem Iacobi Sanley Procuratoris Rafaellis Onofrij del Graner, qui procurator nomine prædicto prius præsentavit dictæ Dominæ Abbatissæ. juxta legem, & voluntatem Fundatoris, ut asseritur in ipso instrumento collationis, in quo etiam, asserit Ordinarius, quod dicta Abbatissa contentata fuit de dicta præsentatione.

In proce-
ssu fol. 28.
retro.

13 Instrumentum autem istud contentamenti, quod mentionatur in dicta collatione fuit quædam requisitio facta eodem die 20. Aprilis 1529. per eundemmet Iacobum Sanley Procuratorem dicti Raphaellis Onofrij del Graner, qui procurator requisivit Dominam Abbatissam quatenus præsentationem factam, à dicto Raphaelle del Graner, in favorem Ioannis Fiella admitteret, & simul eundem, vna cum dicto Iacobo Sanley, dicto nomine, representaret Ordinario: & dicitur, quod Abbatissa contentata fuit quia admisit præsentationem; & representationem fecit simul cum dicto Sanley dicto nomine virtute cuius præsentationis, & representationis Ordinarius collationem concessit dicto Fiella.

In proce-
ssu fol. 72.
retro.

14 Præterea vacante dicta Parochiali, per mortem Ioannis Torre Fiella Ordinarius Barchinonen. die 2. Novembris 1532. collationem fecit Mathiæ Sorribes Clerico, ad præsentationem, sub his verbis ibi: *Ad præsentationem Reverendæ Dominæ Abbatissæ Monasterij de Petris-Albis, & Magnifici Rafaellis del Graner, aliorumque militum in Villa Berge. Domiciliatorum patronorum dictæ Ecclesiæ Parochialis.*

In proce-
ssu fol. 72.
retro.

15 Per mortem Francisci Perayre vacante eadem Parochiali, die 30. Octobris 1564. Ordinarius Barchinonen. illam contulit Mathiæ Sorribes Presbytero Cancellario præsentis Principatus: & in instrumento collationis dicitur, illam fuisse ad præsentationem factam per Magnificum Onofrium del Graner, Reverendæ Dominæ Abbatissæ de Petris-Albis; & postea dicitur etiã fuisse ad cõcessionem factam per Magnificum Hieronymum Galferrandum de Sorribes, vti Procuratorem dictæ Abbatissæ: & tandem dicitur fuisse ad præsentationem, & representationem de persona, dicti Regij

Can-

Cancellarij factam per Procuratorem Onofrij del Graner, & dicta Abbatissa.

16 Quod enim dicta Abbatissa representavit Ordinario, dictum Mathiam Sorribes, suplicans illi collationem fieri, constat, non solum ex dicto collationis instrumento, sed etiam ex procuracione facta per dictam Abbatissam, die 24. mensis Septembris 1564.

In proce-
ssu fol. 71.
retro.

17 Postea die 31. Octobris 1564. dictus Mathias Sorribes Presbyter & Cancellarius resignavit dictam Rectoriam, ex causa permutacionis, cum Ioanne Ribera Presbytero, de consensu Magnifici Rafaelis Onofrij del Graner; & de concessione, Reverendæ Dominæ Elisabethis de Cardona, Abbatissæ Monasterij de Petris Albis, juxta legem datoris, & fundatoris de qua concessione (vt asseritur in collatione) constat instrumento recepto penes Ioannem Fogas Notarium Publicum Barchinone, & scribam dicti Monasterij.

In proce-
ssu fol. 71.
retro.

18 Concessio autem seu consensus Abbatissæ, datus in dicta resignacione fuit expresse petitus per Geraldum Negrell Presbyterum Procuratorem ad hoc specialiter constitutum, à dicto Sorribes, qui Negrell, vt procurator prædictus comparuit coram dicta Abbatissa tanquam patrona dictæ Ecclesiæ suplicans quatenus vt talis consentiret dictæ resignacioni: & dicta Abbatissa, tanquam patrona consentit, & consentire se dixit, vt constat ex instrumento penes, dictum Fogas, die 30. Octobris 1564. & hoc est instrumentum, quod Kalendatur in dicta vltima collatione ex causa permutacionis factæ per dictum Sorribes in quadicitur, quod fuit facta de concessione Reverendæ Dominæ Abbatissæ.

In proce-
ssu fol. 55.
retro.

facta exorta

19 Postmodum eadem vacante Ecclesia per mortem Sebastiani Vendrell, Illustrissimus Dominus Dimas Lloris, Barchinonen Episcopus, collationem fecit die 11. Aprillis 1597. Paulo Vidal, ad præsentationem sub his verbis ibi: Ad præsentationem Reverendæ Dominæ Beatricis de Moncada Abbatissæ Monasterij de Pedralbes, & Magnifici Marci Antonij Llentès del Graner patronorum dictæ Parochialis Ecclesiæ.

In proce-
ssu fol. 71.
retro.

20 Præsentatio autem Abbatissæ, de qua fit mētio in præcedenti collatione fuit representatio, quam ipsa fecit petente, & suplicante dicto Marco Antonio Llentès præsentante, quam præsentationem, & representationem per ipsos respectivè factam admisit dictus Illustrissimus Dominus Episcopus Lloris, vt constat instrumento recepto, die 26. Martij 1597. & postea idem Episcopus collationem fecit dicto Paulo Vidal die 11. Aprillis 1597. in quadicitur, quod fuit ad præsentationem Abbatissæ, ex quo inferitur, quod representatio Abbatissæ, est idem quod præsentatio.

In proce-
ssu fol. 79
retro.

*non habet en
dit folio.*

21 Vtcrius, cū vacaret dicta Ecclesia Parochialis per obitū dicti Pauli Vidal, fuit facta collatio, die 18. Junij 1614. Antonio Guisalt, ad præsentationē vt in ea dicitur Magnifici Marci Antonij de Llentès del Graner, vti patris, & legitimi administratoris Marci Ioannis Llentès del Graner filij sui, & Reverendæ Dominæ Abbatissæ de Petris-Albis patronorum dictæ Ecclesiæ parochialis.

In proce-
ssu fol. 71.
retro.

22 Præterea cum vacaret prædicta Ecclesia Parochialis, per obitum

In proce
ssu fol. 70
retro.

Iohannis Carreras, fuit collata, die 24. Maij 1644. Paulo Massana, ad præsentationem Francisci Llentès & de Areny, factam coram Admodum Reverenda Abbatisa Monasterij de Petris-Albis

23. In qua collatione quamvis dicatur absolute ad præsentationem factam coram Abbatisa est intelligendum fuisse factam coram Abbatisa ipsa præsentate, & repræsentate prout in antecedentibus collationibus, & præsentationibus fuit facta; quia ad se per præsumitur, & refertur ad causam præcedentem Barbol. in l. triticum n. 15. ff. de verb. oblig. Menoch. de præsumtionibus lib. 3. cap. 49. num. 5. sicut etiam est communis conclusio, quod ad sustinendam validitatem actus semper præsumitur, & interpretatur, quod si factus in vim præcedentis facultatis Rota apud Rubium. par. 01. decis. 40. n. 1. & sequent. Buratus decis. 905. num. 5. Coccinus decis. 2280. num. 12.

24. Et licet solum sunt exhibitæ præsentationes de anno 1408. tamen est præsumendum, idem antea observari, quia de tempore præterito ad tempus præteritum, & antecedens inferitur possessio, saltem concurrente aliqua legitima præsumptione prout in nostro casu, quia in dictis præsentationibus, & requisitionibus dicitur eas fieri iuxta legem foundationis, & de eadem loquitur Franciscus Sorribes in suo testamento facto 14. Maij 1457. (cui præteritum pars adversa successisse,) & in illo facit mentionem de Abbatisa, & per illum, simul cum Abbatisa, fuit facta dicta præsentatio, quæ exhibetur de anno 1408. quæ est antiquissima, ex his quæ inveniuntur factæ per istos patronos simul, & cum sint factæ iuxta legem foundationis, & antecedens Menochius de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 24. num. 2. & 7. Everardus in Centur. legali in loco de tempore ad tempus num. 3. Mascardus de probat. conclus. 1200. num. 39. Caneer par. 1. cap. 15. num. 60. cum sequent. Lotterius de re Benef. lib. 1. quæst. 8. n. 9. Fontanella de pactis clau. 4. glof. 9. par. 5. num. 141. Ciriacus contra. v. 6. 16. tom. 4. num. 19. & 20.

25. Quid evidentiùs ad probandum dictam Abbatisam esse patronam præfatæ Parochialis Ecclesiæ simul, cum alio patrono laico, cum constat ex instrumentis supra ponderatis, de multiplicatis præsentationibus per ipsam vii. patronam factis in casu vacationis, ac de consensibus præstitis in permutationibus.

26. Quod enim dicta Domina Abbatisa præsentavit simul cum alio patrono laico constar evidenter quia, ut est certum in iure præsentatio definitur exhibitio personæ per patronum Episcopo, vel alieri ad quem pertinet institutio, intra tempus legitimam facta, ut pluribus citatis docent. Ceterum in praxi Benef. lib. 4. cap. 2. num. 2. Garcian de Benef. par. 5. cap. 1. num. 55. & 16. Vivianus de iure patronatus par. 2. lib. 5. cap. 1. num. 1. & lib. 8. cap. 7. h. 2. Barbofa de potestate Episcopi alleg. 72. num. 113. & in collectaneis ad cap. 3. num. 30. & 31. de privilegijs Lambertinus de iure patronat. par. 1. lib. 2. quæst. 1. art. 1.

27. Semper enim in omnibus præsentationibus dictæ Rectoriæ factis Episcopo, vel suo Vicario Generali invenimus fuisse ipsas exhibitæ, & præsen-

Præsentatio quædam

securam personam ad illam obtinendam non solum per compatronum laicum, sed etiam per ipsam Abbatissam.

obit.

28 Et licet per adversantes pōderetur, quod virtute prædictarum collationum compatronus laicus prius præsentat Abbatissæ, & postea ipsa cū illo representat Episcopo Barchinonen. ac per consequens solum illū esse verum patronum, & habere ius præsentandi, & non Abbatissam. Respondetur, quod præsentatio illa prius facta Abbatissæ, non est vera præsentatio, nec probat ius patronatus, quia vera præsentatio illud probans, & constituens est, exhibitio personæ per patronum, Episcopo, vel alteri ad quem pertinet institutio legitimè facta, ut diximus supra.

de.

29 Unde inter effectus veræ præsentationis est quod fiat coram legitimo superiore cui competet institutio, itaut si fiat coram alio, sic nulla præsentatio, ut declaratum est per C. T. *ses. 14. de resor. cap. 13.* Cardinalis Luca de iure patronatus discursu 64. nu. 31. pag. 233. ibi: *Quartum validæ præsentationis requisitum est ut fiat coram illo superiore ad quem institutio spectat; unde si fiat coram alio superiore habetur, ac si facta non esset.*

Nominatio quid

30 Quare est certum in iure, quod præsentatio intelligitur tantum, quando fit superiori, alioquin dicitur simplex nominatio, per quam non queritur ius aliquod ipsi sic præsentato, seu verius nominato, imò potius est que lam impropria, & verbalis electio personæ ut præsentetur quam præsentatio, ut in his terminis docent Loterius de re benef. lib. 2. q. 6. num. 35. & 36. ibi: *Qua ratione actus ille præsentationis factus extra præsentiam habentis instituta re resolvitur in simplicem nominationem, per quam non queritur ius aliquod considerabile, aut præservabile ipsi ita præsentato, seu verius nominato, Crecentius dicta decisi. 6. nu. 9. & fuit latissimè decisum in vna Hipporegien. Plebani 25. Junij 1610. coram Reverendissimo domino Archiepiscopo, quippe potius est quedam impropria, & verbalis electio personæ ut præsentetur quam præsentatio.*

31 Corradus in praxi benef. lib. 1. cap. 5. n. 174. cum sequenti ibi: *Namque præsentatio intelligitur tantum quando fit superiori alioquin dicitur nominatio, Barbosa de off. & potest. Epis. par. 3. alleg. 72. n. 76. ibi: quia nominatio etsi sit præambula ad præsentationem non tamen est præsentatio nec per eam acquiritur, aliquod ius ipsi nominato, cum actus præsentationis corporalem exhibitionem præsentati requirat coram habente potestatem instituendi.*

32 Garcia de benef. par. 7. c. 1. n. 33. ibi: *Quia tunc vere fit præsentatio cū nominatio, seu scriptura præsentationis præsentatur Ordinario, & ibi præsentatio intelligitur tantum quando fit superiori alioquin dicitur magis nominatio, & sic licet patronus præsentandum nominet, & tradat nominato instrumentum præsentationis, tamen antequam sit præsentatum superiori, non habet ius in re, nec ad rem, nec ullum ius acquirit ex nominatione ante actualem præsentationem. Ex quo duo infert Garcia ibidem, Primum est, quod licet patronus Ecclesiasticus nō possit variare, poterit tamen ipse variare, & revocare literas præsentationis antequam hæc fiat superiori: Secundum est quod valet præsentatio de eo qui tempore præsentationis factæ coram Ordinario est Clericus, licet tempore factæ nominationis non esset Clericus hoc dicit etiam Barbosa.*

bos. dicta alleg. 72. num. 79. Vivianus lib. 6. cap. 1. num. 15. & ratio horum est quia usque dum sit facta superiori non est presentatio, sed sola nominatio per quam nullum ius queritur nominato.

33 Electio enim, seu nominatio personae presentandae non est presentatio, sed preparatorium ad presentationem, neque proprie est effectus iuris patronatus, imò potius illius effectus est presentatio, quae fit coram superiore ad quem pertinet institutio, ita Ioannes Baptista Spada quasi in nostro casu scribens tom. 2. conf. 34. nu. 1. ibi: *Ex quibus verbis patet quod patroni Parochiae habent solum facultatem eligendi, & nominandi personas presentandas, & ista non potest dici presentatio, sed solum electio, & nominatio preparatoria ad presentationem: & num. 3. ibi: Presentatio enim non nominatio est proprius effectus iuris patronatus; & Rota in Pampilonen de Sanguessa 28. Novbris 1608. quam refert Spada post dictum conf. num. 6. vers. Non obstat: ibi Non obstat electio, & nominatio octo Patronorum, quia illa non est presentatio, sed preparamentum ad presentationem.*

34 In nostro casu ipsemet compatronus laicus agnovit, & confessus fuit dictam Abbatissam debere presentare tanquam patronam, quia in requisitione facta dictae Abbatissae per procuratorem Francisci Sorribes die 6. Septembris 1438. de qua supra num. 9. & in alia requisitione facta per procuratorem Rafaelis del Grano die 20. Aprilis 1529. de qua supra num. 13. fuit requisita dicta Abbatissa quatenus dictam Ecclesiam Parochialem concederet presentato per alium compatronum, ibi: *Dictam Parochialem concederet, &c.* que verba iuxta subjectam materiam sunt intelligenda, id est ut concederet presentando, quia nullo alio modo potest Abbatissa dictam Ecclesiam concedere cum non possit concedere conferendo sicque debet concedere presentando Loterius de re. bef. lib. 2. quest. 1. num. 18. 19. & 20. in quo sic ait: *proindeque si in testamento fundator mandaverit conferre capellam à se erectam per suos heredes, minime hoc casu habebimus vocis proprietati, qua illius dispositio tanquam impossibilis subvertatur, sed ex natura subjectae materiae spectemus vocem qua usus est ad ius presentandi* confirmat etiam Lambertinus de iure patronus 1. par. lib. 2. q. 1. art. 8. & non implicat quod dicta Abbatissa compatrona dicatur Ecclesiam concedere, cum etiam patronus saltem large dicatur Ecclesiam Ordinare Vivianus de iure patronatus par. 2. lib. 5. cap. 1. num. 1. Lambertinus de iure patron. 1. par. lib. 2. quest. 1. art. 6. sicut etiam dicitur Ecclesiam donare Lambertinus d. quest. 1. art. 3.

35 Tum quia in dictis requisitionibus requiritur, quod dicta Abbatissa representet; representare enim est idem ac presentare ut probatur ex cap. cum, & plantare 3. de privilegijs ibi: *Episcopis representent, ut explicat & probat Barb. in collect. ad dictum cap. à num. 30. & de potestate Episcopi parte 3. alleg. 72. à num. 110. cum sequentibus Brissonius de verborum iuris significat. verbo representare. & representatio Abbatissae appellata fuit presentatio ab Ordinario, ut diximus supra num. 20. sicut etiam in dictis requisitionibus requiritur Abbatissae, quod representet Ordinario, & quod simul petat ab eo collationem, quod est proprium patronorum, ut late Lambertini-*

bertinus de iure patronatus 1. par. lib. 2. quæst. 1 art. 17.

36 Abbatisa prædicta, non solum præsentavit, vt compatrona in casu vacationis, vt est probatum, sed etiam vt talis consensum præstitit in permutationibus dedita Rectoria factis, vt est videre in facta die 5. Augusti 1462. de qua supra num. 11. & in facta die 31. Octobris 1564. de qua supra num. 17. & 18. consensus enim præstitit in permutationibus habet vim præsentationis Corradus in prax. benef. lib. 4. cap. 2. num. 8. Buratus decis. 142 num. 5. Vivianus in praxi iuris patronatus par. 2. lib. 11. cap. 6. n. 9. Puteus decis. 310. lib. 2. Ludovicus decis. 349. num. 2. & 7.

37 Probatum igitur remanet in nostro casu (cum agatur de personis privatis in quibus, non cadit præsumptio usurpationis) dictam Abbatisam esse compatronam simul, cum alio compatrono laico, ex multiplicatis præsentationibus effectum sortitis per antiquissimum temporis cursum qui hominum memoriam exedit, cum ab anno 1408. vsque ad annum 1644. sint exhibite 13. præsentationes ex quibus constat jus patronatus dictæ Rectoriæ pertinere ad Abbatisam Monasterij de Petris-Albis, & ad aliū cõpatronū laicū: illasque præsentationes multiplicatas, dici est certū, cū tales nominentur ad effectū probandi jus patronatus iuxta formā C. T. licet sint tantum duo vel tres Barb. dicto alleg. 72. num. 3. Vivianus de iure patronatus lib. 11. cap. 5. à num. 29. Achilles de Grassis decis. 16. de iure patronatus Cavalcanus decis. 17. num. 13. Marius Antonius. var. resol. lib. 1. resol. 109. num. 37.

38 Ex multiplicatis enim præsentationibus effectum sortitis, & antiquissimis probatur jus patronatus, ex fundatione vel donatione Barbosa de off. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 72. num. 28. & in collectan ad C. T. sess. 25. de refor. cap. 9. à num. 3. Gonzales ad regulam 8. Cancellariæ glos. 18. num. 44. Vivianus de iure patronatus par. 2. lib. 11. cap. 5. à num. 26. Castropalau par. 2. trac. 13. disp. 2. puncto 3. nu. 4. & 5. Barbof. de iure ecclesiastico lib. 3. cap. 12. à num. 69. Rota apud Rubeum par. 10. decis. 169. à num. 3. & apud Buratum decis. 142. etiam si nullum instrumentum fundationis vel donationis ostendatur: & quavis in dictis præsentationibus nulla appareat facta mentio fundationis, vel donationis ita refert per Sacram Congregationem decisum Gonzales dicta glos. 18. num. 46. Vivianus dicto cap. 5. nu. 26. Leo in tesauo fori Eccles. par. 2. cap. 21. num. 3. Rixius in prax. resol. 127. num. 1. Barbof. dicta alleg. 72. num. 28. & in collutaneis ad dictum cap. 9. C. T. à num. 3. ad num. 11. & de iure eccles. d. cap. 12. num. 69. Garcia de benef. par. 5. cap. 9. n. 93. & 141. & etiam si dictæ multiplicatæ præsentationes sint interpolatæ, & non successivæ, maxime si probatur effectuatæ fuisse ob successivam vacationem per obitum præsentatorum Barbof. dicta alleg. 72. num. 30. & de iure Eccles. dicto cap. 11. num. 80. 114. & 115. Vivianus dicto cap. 5. nu. 27. Rixius dicta resol. 127. num. 2. imò constando de primis, & ultimis præsentationibus effectum sortitis mediæ quoque præsumuntur Buratus decis. 172. num. 10. Barbosa d. alleg. 72. num. 30. Vivianus decis. 61. num. 3. & 4.

39 Quod autem in nostro casu dictæ præsentationes sint effectum sortitæ patet quia fuerunt factæ, & successivis vacationibus per obitum, ve-

C

ref.

Consensus

Supatronatus

resignationem presentatorum, & fuerunt admisse ab Ordinario, & illarū vigore secuta institutio, & poecessio, Vivianus dicto cap. 5. num. 27. 28. Burat. decis. 142. num. 6. & 17. Barbosa in collectan. ad Consil. Trid. sess. 25. de ref. cap. 9. num. 58. & 59. & de potest. epif. par. 3. alleg. 72. num. 56. idem Barb. de iure ecclief. lib. 3. cap. 12. num. 80. esse que per antiquissimum temporis cursum qui hominum memoriam excedat constat, quia sunt ab anno 1408. ad annum 1644. in quo temporis curriculo sunt plus quam duæ Centurię, sicque dicuntur esse per tempus antiquissimum, cum ad istud in hac materia sufficiant 100. anni Barb. dicta alleg. 72. num. 35. & in collectan. ad d. cap. 9. consilij à num. 6. & de iure ecclief. lib. 3. cap. 12. à num. 70. Vivianus dicto cap. 5. num. 33. Buratus decis. 142. ibi: Ideo ex quasi possessione centum annorū probata per continuatas presentationes effectum sortitas, satis visum fuit probari jus patronatus, & num. 4. ibi: Et presumi titulum foundationis, & dotationis.

40 Et omnis difficultas tollitur si ponderatur, quod in collatione facta die 30. Martij 1408. & in facta 3. Augusti 1418. & in facta 17. Augusti 1454. affirmat Ordinarius ex certis, & iustis titulis sibi ostensis pertinere jus patronatus dictæ Rectoriæ ad dictam Abbatissam, & alium compatronatum, quia est credendum, & standum assertioni Ordinarij asserentis sibi fuisse dictos titulos ostensos; sicuti etiam est ipsi credendum asserenti, se collationem fecisse ad presentationem talis quia institutio Ordinarj cū dicta assertiva probant presentationes etiam contra tertium, & etiam si non doceatur illas præcessisse Buratus decis. 172. num. 3. & 4. Vivianus par. 2. lib. 5. cap. 2. num. 48. Rota apud eundem decis. 26. num. 21 & decis. 86. à num. 6. ad num. 9. Mascardus de probationibus conclus. 959. num. 12.

41 Et etiam quia ex litteris institutionalibus Antistitum quibus affirmat Beneficiū ad presentationem alicuius pertinere probatur jus patronatus; quia statur eorum assertioni Barbosa dicta alleg. 72. num. 47. Paulus de citandinis de iure patronatus par. 6. quest. 37. num. 3. Parisius de resig. lib. 8. quest. 11. num. 38. Puteus decis. 162. par. 1. & decis. 142. par. 2. Marius Antonius variar. resolutionum tom. 1. resol. 80. num. 1. Castropalau dicto punct. 3. num. 6. Loter. dicto lib. 2. quest. 13. num. 143. Riccius in praxi par. 1. resol. 136. num. 6. Barbosa de iure ecclief. lib. 3. cap. 12. num. 98. Buratus decis. 172. num. 24. ibi: Et duabus præsertim illis vii factis ab Ordinarijs affirmantibus ius patronatus de iure, & ex antiqua consuetudine spectare ad Parochianos multum defferendum videtur quia si veritas aliter se habuisset ipsi non instituisent, nec ita tempore collerassent.

42 Præterea in presentatione facta 5. Augusti 1462. dicta Al bariffa vocatur compatrona: & in collatione facta 20. Aprilis 1529. & in facta 11. Aprilis 1597. & in facta 18. Iunij 1614. vocatur patrona; huiusmodi enia assertiones, & enunicativæ Ordinariorum, cum sint antiquæ, & geminatae probant jus patronatus, & illorum vigore passim adiudicat Rota Burat. decis. 111. num. 7. & 15. & decis. 142. num. 11. Penya decis. 34. num. 2. Merlinus decis. 163. numero 17. Coccinus decis. 229. in fine, & decis. 230. numero 3.

43 Tandem sequitur ex dictis antiquissimis, & multiplicatis presentationibus dictam Abbatissam existere in antiquissima possessione, dicti juris patronatus, & presentandi, uti compatrona, cum eius presentaciones & representaciones admisse sint, uti factae per compatronam; & ex illis plene probatur in favorem Abbatissae, uti compatronae antiquissima, & immemorialis possessio presentandi, & immemorialis praescriptio medietatis iuris patronatus quia dictae presentaciones excedunt spatium ducentum annorum, & in hoc casu ad dictam possessionem iuxta formam Concilij T. sess. 25. de refor. cap. 9. sufficiunt centum anni iuxta communem Doctorum & Rotae intelligentiam Barbosa de iure Eccles. lib. 3. cap. 12. a num. 70. & de potest. Episc. alleg. 72. n. 35. & in collectan ad d. cap. 9. consil. Vivianus lib. 11. cap. 5. a num. 33. Gracia de benef. pa. 12. cap. 2. num. 262. Matcardus de probat. conclus. 103 Gonzales ad reg. 8. Cancel. glos. 18. num. 44. Fermosinus ad cap. causam quest. 3. num. 5. & quod plus est ob dictas multiplicatas presentaciones per tantum tempus probatur, & praesumitur titulus foundationis in favorem presentantis, ut docent omnes praedicti auctores cum communi sententia quam passim sequitur Rota ut est videre apud Rubeum par. 6. decis. 267. num. 10. & 11. & par. 9. tom. 1. decis. 245. a num. 10. ad 12. Buratus decis. 142. num. 4. & decis. 172. num. 2. & 29. Vivianus post tract. de iure patronatus decis. 61. num. 2.

44 Deinde cum ad sit bona fides quae semper praesumitur, cum scientia, & patientia alterius compatroni quia ipso simul presentante, & multoties requirente praesentavit, & representavit dicta Abbatissa, ut ex dictis presentationibus, & requisitionibus constat.

45 Et licet hodie post C. T. d. cap. 9 non probatur patronatus contra libertatem Ecclesiae spatio 40. annorum Vivianus lib. 4. cap. 8. num. 15. Barbosa de potest. episcop. par. 3. alleg. 71. nu. 44. Fermosinus ad d. cap. causam de praescriptio quest. 3. num. 5. Massobrius in praxi habendi concursum praeludio 7. dubio 21. num. 47. Seraphinus decis. 719. tamen est certum ius patronatus ab uno contra alium compatronum praescribi spatio quadraginta annorum cum titulo colorato cum hoc non sit contra libertatem Ecclesiae Barbosa d. alleg. 72. num. 68. & de iure Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 104. & in collectan ad d. cap. 9. consilij num. 20. Massobrius d. praeludio 7. dubio 15. Lambartinus de iure patron. lib. 1. par. 2. quest. II art. 2. Fermosinus d. quest. 3. a num. 7. Lotterius de re benef. lib. 2. quest. 11. num. 14. Covarru. in regula possessor par. 2. §. rr. num. 8. Valboa in cap. 18. num. 40. de re iudicata; etiam si ille contra quem praescribitur ius habeat a fundatore Vivianus d. cap. 8. num. 16. Massobrius d. praeludio 21 num. 47. Seraphinus decis. 719.

Sicque saltem fatendum esset praescripsisse Abbatissam dictam medietatem iuris patronatus contra quemlibet alium qui posset alias illud pretendere solus.

Præscriptio 40. annor. cum tit. colorato

2.ª Compatronia.

§.

PROPONUNTUR ARGUMENTA ADVERSAN-
tium, & dissolvuntur.

46 **P**rimum argumentum faciunt adversantes, dicentes, dictum Nobilem Ludovicum Soler esse solum patronum dictæ Parochialis Ecclesiæ, & nullo modo dictam Abbatissam esse compatronam: & hoc probare intendunt, ex aliquibus præteritis instrumentis.

In proce-
ssu fol 99
7 retro.

In proce-
ssu fol 103
retro.

In proce-
ssu fol 101
retro.

47 Quorum primum est quædam clausula testamenti facti per Arnaldi de Montejudaico die 29. Decembris 1270. in quo dictus Arnaldus disposuit quod hæres suus in casu vacationis præteraret dictam Ecclesiã Rectori Sancti Vincentij de Sarriano juxta voluntatẽ fundatoris dictæ Ecclesiæ. Ex quo testamento inferunt adversantes dictum Arnaldum de Montejudaico, esse solum patronum dictæ Ecclesiæ, ad ipsum que tantum spectare jus præterandi ad illam; Rectorem autem de Sarriano non habere jus præterandi, nec nominationem, nec præterationem, sed ad summum aprobationem, & concensum. Hoc etiam confirmant adversantes ex collatione facta 7. idus Decembris 1304. per Raymundum de Montejudaico: & ex præteratione facta per ipsum Kalendis Decembris 1314.

48 Ex his instrumentis nullatenus probatur adversantium intentio, imo corroboratur præterentio huius partis. Quia in primis est ponderandum, quod ex dicta clausula testamenti facti per Arnaldum de Montejudaico, non constat ipsum esse fundatorem, vel dotatorem dictæ Ecclesiæ Parochialis, nec illius esse patronum, vel successorem legitimi fundatoris, vel patroni nec talis vocatur in dicta clausula; imo ipsemet Arnaldus narrative supponit jam foundationem dictæ Ecclesiæ ibi: *juxta voluntatem, & dispositionem fundatoris*; ac per consequens nihil poterat addere foundationi, nec illius dispositionem alterare: neque illius hæres habebat intentionem fundatam ad succedendum in patronatu, cum non constaret istum esse in suo antecessore.

49 Et dato esset standum assertioni dicti Arnaldi asserentis quod iuxta legem fundatoris deberet hæres suus præterare Rectori de Sarriano; est intelligendum hoc dixisse ad illum finem, ut etiam Rector præteraret quod aperte probat collatio facta 7. idus Decembris 1304. in illis verbis ibi: *Ad præterationem venerabilis Raymundi de Montejudaico patroni ipsius Ecclesiæ Civis Barchinon factam in præterationum Bernardi de Turri Rectoris Ecclesiæ Sancti Vincentij de Sarriano, & ab eisdem ambobus in simul, & continue nobis factam.* Hoc etiam confirmatur, ex præteratione facta per eundem Raymundum Kalendis Decembris 1314. vbi dicitur quod dictus Bernardus de Turre Rector de Sarriano concessit dictam Ecclesiam præterato per dictum Raymundum, quod est intelligendum, quia illum etiam præteravit Ordinario, sicut fecerat in præteratione immediate antecedenti de anno 1304. Tum quia concedere Ecclesiam in hoc casu est illam præterare

tare ut diximus supra num. 3. sicque sequitur jus presentandi, non fuisse solum dictorum Arnaldi, & Raymundi, sed etiam dicti Rectoris iuxta legem suam donationis.

50 Tandem ponderatur, quod licet dictus Arnaldus esset Patronus, quod negatur, adhuc tamen non constare ex meritis processus dictum Nobilem Ludovicum Soler fuisse dicto Arnaldo de Monteudayco in dicto iure patronatus.

51 Deinde allegant adversantes duo testamenta, quorum primum est Simonis Rovira Rectoris dictae Parochialis Ecclesiae factum die 20. Aprilis 1406. in quo reliquit ius patronatus dictae Ecclesiae Petro Rovira Germano suo; quo de funto illud reliquit Francisco Sorribes nepoti suo. Aliud testamentum est dicti Francisci Sorribes factum die 14. Maij 1457. in quo dictum ius patronatus dimisit Ludovico Dolibes; & in eo testamento asserit ius patronatus sibi spectare ratione legati in sui favorem facti per dictum Simonem Rovira; deinde asserit, quod servetur in presentationibus ordo contentus in fundatione, quod primo Praesbyter ad dictam Rectoriam obtinendam praesentari debeat Reverendae Abbatissae Monasterij de Petra-Alba, & deinde Episcopo Barchinonen.

In processu fol. 33. retro.

In processu fol. 33. retro.

52 Non obstant haec duo testamenta nec probant adversantium intentionem: quia imprimis est ponderandum non constare dictum Simonem Rovira esse fundatorem dictae Parochialis, nec aliquo titulo esse patronum illius, vel fuisse in iure patronatus, nec patronus nominatur in dicto testamento; & licet se appellasset patronum, non per hoc constaret de patronatu, sicut non probatur per solum legatum de illo factum, quia ex sola testatoris assertione etiam antiqua non probatur patronatus neque fundatio illius in favorem testatoris Rota apud Buratum decis. 1. num. 2. ibi fundatio non probatur ex sola antiqua testatoris assertione, quae non est inter modum traditos a consilio, vel a iure, cum enim acquisitio iuris patronatus non sit concessa nisi in certis tantum casibus, absurdum est dicere standum esse assertioni testatoris circa casum praemissum quia esset in fraudem legis: sicut etiam non probatur ius patronatus per confessionem supplicantis, & narrativam, quod beneficium est iuris Patronatus alicuius ex fundatione, vel donatione, ut in his terminis docent Garcia de benef. part. 12. cap. 2. num. 275. Barbosa in collestan. ad consil. Trid. sess. 25 de refor. cap. 9. num. 2.

Supra dicitur non probatur ex assertione testatoris antiqua.

nec per confessionem et narrativam supplicantis

53 Et dato, quod dictus Simon Rovira esset patronus (quod negatur) tamen legatum per ipsum factum de dicto patronatu in favorem dicti Francisci Sorribes; sicut etiam, & factum per ipsum Sorribes in favorem Ludovici Dolibes fuerunt nulla, quia non intervenit consensus Ordinarij, qui consensus semper requiritur quoties ius patronatus legatur, non Ecclesiae, sed laico cap. ex literis cap. illud cap. ex insinuatione, de iure patronatus Carolus Moranta tom. 4. resp. 50. num. 45. & resp. 81. num. 25. & 26. Corradus in praxi benef. lib. 4. cap. 5. a n. 4. & a num. 9. Fagnanus in dicto cap. ex litteris de iure patronatus, Cardinalis Luca tractatu de iure patronatus discursu 19. num. 6. Iacobus Fontanella Napolitanus Canonicarum

Legati iuris patronatus sine consensu Ordinarij non valet

questionum de iure patronatus quest. 26. num. 3. Barbosa de potestate Episcopi pare. 3. alleg. 71. à num. 13. ad 19. Vivianus de iure patronatus lib. 4. cap. 1. à num. 17. cum plurimus sequentibus.

54 Neque prædicta duo testamenta cōcludunt dictum Simeonem Rovira, vel Franciscum Sorribes esse solum patronos, quia hoc non constat ex dictis testamentis, neque ipsi testatores hoc affirmant; sicque in omni casu legatum factum per dictum Rovira in favorem dicti Sorribes, & factum pereundem Sorribes in favorem Ludovici Dolibes fuit solum de medietate iuris patronatus, quia nemo plus iuris in alium transferre potest quam ipse habet leg. nemo plus ff. de regulis iuris.

55 Quod enim dictus Franciscus Sorribes legasset solum medietatem iuris patronatus, quod pretendebat habere in dicta Rectoria, constat evidenter, quia antequam faceret dictum testamentum, & legatum, iam fecerat tres præsentationes simul cum dicta Abbatisa scilicet in anno 1408. 1418. 1454. in quibus dicitur ius patronatus ad dictum Sorribes, & Abbatisam pertinere ut supra in §. 1. est late ponderatum: & ulterius in anno 1438. idemmet Franciscus Sorribes, requisivit Abbatisam, ut ab illo præsentatū admitret, & representaret Ordinario. De quibus omnibus recte recordabatur dictus Franciscus Sorribes, sicque ~~constat~~ esse compatronum simul cum Abbatisa quando testamentum fecit in anno 1457. factis jam antea tribus præsentationibus simul cum una requisitione.

56 Unde asserens dictus Franciscus Sorribes in suo testamento, quod Presbyter est prius præsentandus Abbatisæ juxta legem foundationis, intellexit hoc esse ad eum finem ut Abbatisa etiam præsentaret Ordinario, sicut ipse Sorribes observaverat in vacationibus antecedentibus,

57 Tandem ostenditur dicta instrumenta, non favere prætentioni adversantium, quia illorum intentionem, non probat enuntiativa seu narrativa dictorum testamentorum, cum sint enuntiativa pro lata à personis suspectis, & interessatis, ex quo se faciunt patronos dicti Beneficij: certum est enim, quod verba enuntiativa, & narrativa instrumentorum, si sunt pro lata à personis suspectis, & interesse habentibus, quavis posita instrumentis antea quis nihil probat. Rota apud Burat. decis. 178. num. 14. & decis. 323. num. 9. 10. & 11. Penya decis. 431. num. 4. & decis. 828. num. 16. & 27. Rota apud Farin in postum tom. 1. decis. 678. num. 5. vers. facultas Nogueroi alleg. iuris. alleg. 25. num. 263. Barbosa in collectan ad C. T. sess. 25. de refor. cap. 9. nu. 24. & 25. & de iure goces. lib. 3. cap. 12. à num. 87. ad 92. & de potest. Episc. par. 3. alleg. 72. num. 40 & 41. Garcia de benef. par. 5. cap. 9. à num. 88. Burat. decis. 172. à num. 22 ad 25. qui Auctores cum communi Sententia docent multum defferri enuntiativis Ordinariis ad probandum ius patronatus cum non sint suspecti imo multum se reddunt difficiles ad illud faciendum.

58 Si dicatur dicta verba enuntiativa esse geminata; & sic quamvis unica aduc in antiquis, non sufficeret, geminata verò probarent; quia responderetur, quod quando dicta verba enuntiativa sunt pro lata à suspectis per-

Verba Enuntiativa
se narrativa in in-
strumentis antiquis
non probant si sint
geminata a suspectis
vel interessatis,

licet geminata

personis, & interesse habentibus licet fuerint geminata nullū genus probationis faciunt Castillo *controvers. iuris lib. 4. cap. 46. num. 34. & 35.* Farin. *decis. 592. num. 4. & 5. in novis Borat. decis. 172. num. 33.* Baltraminius ad Ludovicum *decis. 407. in ad notationibus lit. A. & hæc maxime procedunt si igitur de veritate enunciati, quia tunc quamvis anuntiati sint plures, & antiquæ minime probat Rojas *decis. 2. tit. num. 17.* Rota apud Rubicum *p. 6. decis. 188. num. 7. & p. 9. tom. 1. decis. 195. num. 17. & p. 11. decis. 318. n. 3. & p. 5. tom. 1. decis. 119. num. 14. & decis. 279. num. 4. & p. 8. decis. 84. num. 7.* Postius *decis. 184. num. 10.* Burat. *decis. 505. nu. 7.* Serafinus *decis. 1. 87. num. 1. & 2.* Farin. *p. 10. Recens. decis. 45. nu. 5.* unde cum in vostro casu tractetur de veritate enunciati (scilicet iuris patronatus dictæ Rectoriæ an scilicet sit dicti Rovira, vel dicti Sorribes, vel alterius patroni laici tantum, sequitur nullam probationem facere dictas anuntiativas. Tandem enunciativa partis non probat in præiudicium tertij Spada *tom. 2. consil. 13. num. 1.**

maxime ubi agitur de veritate enunciati.

59. Secundum argumentum, quod allegant adversantes est, quia dicunt quod antecessores dicti Nobilis Ludovici Soler, & ipse nunc, præsentant dictam Rectoriam tanquam patroni private ad quoscumque alios: dictam autem Abbatissam solum habere ius consentiendi præsentationi per illos factæ; ac per consequens dictam Abbatissam non esse patronam, quia ille cuius consensus requiritur non est compatronus, sed solum ille qui habet ius præsentandi, ut late probat Giardin *controvers. forens. lib. 2. cap. 144.* Gōzales *ad regulam 8. Cancellaria glos. 47. tota.* Vivianus *de iure patronatus lib. 8. cap. 7. n. 19.* Corrad. *in praxi benef. lib. 4. cap. 2. n. 60.* Puteus *decis. 494. lib. 2. n. 60.* Respondetur verum esse non esse compatronum illum qui solum habet ius consentiendi præsentationi per alium factæ: sed tamen nos longissime distamus ab isto casu, quia Abbatissa non solum consentit præsentationi per alium compatronum factæ, sed etiam præsentat Ordinario præsentatum ab alio compatrono in casu quo Abbatissa consentiat, & admittat præsentatum, vel nominatum ab illo: semper enim in nostro casu Abbatissa representat, & præsentat Ordinario: imò habet hanc prerogativam, quod alius compatronus non potest solus (licet compatroni generaliter loquendo possint soli præferre saltē ad effectū obtinēdi gratificationem) præsentatore Ordinario a se nominatum, quin iste approbetur ab Abbatissa, & hæc si velit eundem præsentet, vel representet Ordinario.

2. argumentum.

Qui solum habet ius consentiendi præsentationi non est Patronus.

61. Confirmatur hoc, quia in ulla requisitione facta Abbatissæ per alios compatronos, dicitur, quod requiritur, ut illa consentiat solum, sed quod admittat nominationem, & quod simul cum ipso compatrono laico representet Ordinario, ut late supra in §. 1. est ponderatum. Nec obstat, quod indictis requisitionibus requirēs Abbatissā dicatur patronus, quia intelligitur pro sua parte, & medietate, quod cum sit verū, est attendendum, licet absolute dictus requirēs appelletur patronus Rota *post. consil. 34. Spade num. 9. vers. non obstat pag. 102.*

62. Tertio arguit dicētes: præsentationē seu representationē Abbatissæ in

3. argumentum.

in nostro casu nō posse ipsā efficere patronā, quia Abbatiſſa nō præſentat liberè, cū ſtricta ſit admittere, & repreſentare nominatū ab alio, ſicque potius iſto quam Abbatiſſa erit patronus, cum effectus iuris patronatus ſit præſentatio libera non coacta.

63. Reſponderetur in noſtro casu nō cōſtare de fundatione dictæ Recto-
riæ, ſicque hequit dicti iuxta legem fundationis arctatam eſſe Abbatiſſam
ad præſentandum, vel repreſentandum nominatum per alium compatro-
num; ac per conſequens eſt recurrendum ad præſentationes uſque nunc
factas: ex quibus nullo modo conſtat Abbatiſſam eſſe ligatā ad admitter-
dum nominatum ab alio compatrono; imò poterit ipſa præſentare alium
ſi velit; quod conſtat ex requiſitionibus factis per Franciſcum Sorribes
die 6. Septēbris 1438. de qua ſupra num. 9. & ex requiſitione facta per Ra-
ſaclem del Graner die 20. Aprilis 1429. de qua ſupra num. 13. in quibus
Abbatiſſa ſuplicatur, quod admittat nominatum ab alio compatrono ei-
demque Eccleſiam concedere dignetur, illumque repreſentet ſimul cum
laico compatrono, Epifcopo Barchinonenſi; que verba, ut eſt certum non
neceſſitate inducunt. Et in permutatione ponderata ſupra num. 17. non con-
ſenſit alius compatronus laicus, & conſenſit Abbatiſſa, cum cuius conſenſu
ſolum fuit effecta permutatio.

64. Et ulterius ponderatur, quod dicta Abbatiſſa in prima requiſitio-
ne facta per Franciſcum Sorribes, non reſponderit in continenti ſed reſer-
vat ſibi tempus, & Ordinarius dicit quod tempus de iure Abbatiſſe conſeſſum
non erat a lapſum; ergo poterit illa admittere vel non admittere præſentatū
ab alio compatrono.

65. Præterea quia Abbatiſſa non ſolum repreſentat, ſed etiam nominat
electum, quia antequam iſte præſentetur, vel repreſentetur Ordinario eſt
approbandus ab ipſa Abbatiſſa, quæ ſi approbat illum, habet locum vera
præſentatio quæ fit Ordinario, ut patet ex dictis requiſitionibus in quibus
Abbatiſſa prius ſuplicatur, quod admittat nominatum, & jam admiſſū, illū
repreſentet Ordinario.

66. Et in omni casu licet Abbatiſſa eſſet coacta, ad præſentandum no-
minatū ab alio (quod ex præſſe negatur) non inde ſequitur nominantē
eſſe patronum, & non Abbatiſſam, ut poteſt probari ex dictis per Ioannē
Baptiſtam Spada conſil. lib. 2. conſil. 34. ubi cum deciſ. Rotæ quam ad lon-
gum refert hoc late probat ſcribit enim Spada in casu quo præſentans
præſentat nominatum ab alio juxta legem fundationis pro abtinenda Re-
ctoria, quem nominatum neceſſario virtute juramenti præſentare tenetur:
& concludit Spada, non obſtante dicta neceſſitate virtute juramenti, eſſe
vetum patronum præſentantem.

67. Reſponder etiam Spada in dicto loco auctoritati Gambati de pote-
ſtate legati à latere lib. 3. num. 398. qui poterat etiam contra nos ponderari:
& eſt reſpondendum eiſdem reſponſionibus quas aducit Spada, nempe quod
ſicut in illo casu præſentans præſentabat liberè quia interveniebat nomina-
tioni illā approbando, ita etiam in noſtro casu Abbatiſſa, cum etiam appro-
bet

An qui tenetur præ-
ſentare nominatū
ab alio ſit Patronus
ve infra ſel. 275 a
n. 109 ad 135 ubi lo-
ce et de hoc conſil. Spa-
da.

bet. & laudet nominationem, & postea faciat presentationem vt supra est ponderatum.

68. Quidquid dicat Gambarus, necessitas presentandi nominatum ab alio, non excludit patronatum in presentante, vt probatur clare ex Trident. sess. 24. de refor. cap. 18. vbi disponitur quod si Rectoria erit iuris patronatus Ecclesiastici ac institutio ab alio quam ab Episcopo erit facienda tunc Episcopus debet elegere digniorem, quem patronatus presentabit ad quem institutio spectat. & hoc fundamento arguit Spada contra Gambarum dicto consilio 34. num. 5. in fine ibi Et nihilominus contra Gambarum facit T. C. sess. 24. cap. 18. vbi disponitur quod in Parochialibus de iure patronatus ecclesiastici eorum, electio, & nominatio personae fiat ab Episcopo, cum examinatoribus synodalibus, & illa persona postea presentetur a patrono: & ideo non valet consequentia, tenetur presentare nominatum ab alio, ergo non est patronus; vnde etiam in puncto iuris videtur verior opinio Ioannis Andreae & Geminiani in cap. cum in illis in §. si vero de prebendis in 6. quam refert, ibi: Gambarus nu. 394. & 395.

69. Tandem quoties fundador ordinat, quod presentetur ad beneficiu proximior de suo genere, tenetur patronus sic presentare, alias presentatio est nulla tanquam facta contra dispositionem fundatoris C. T. §. 25. de refor. cap. 5. Carlin. contro forens. lib. cap. 1. num. 91. Vivianus de iure patronatus part. 2. lib. 6. cap. 7. num. 69. & non ex eo, quod tunc patronatus coactus presentat proximior, quia non est in illius arbitrio alium presentare, dici valet, quod illa presentatio non sit vera presentatio, & quod presentans non sit patronus.

70. Quartum argumentum est, quia dicunt adversantes, quod vltimus statutus est infavorem Nobilis Ludovici Soler eo quia duae resignationes vltimae dictae Rectoriae factae fuerunt cum solo consensu praesenti com patroni laici, & nullo modo cum consensu Abbatissae

71. Respondetur, quod hoc non obstante dicta Abbatissa non amisit possessionem presentandi cum constet ex supradictis, ipsam esse compatronam; patronus enim suam conservat possessionem per presentationem copatroni Corrad. in proxi benef. lib. 4. cap. 3. num. 31. & 32. & cap. 6. n. 45. Garcia de benef. part. 5. cap. 5. num. 115. Loterius de rebenef. lib. 3. quest. 11. num. 15. & quest. 17. num. 169. Serafinus decis. 970. num. 2. Beltraminus ad Ludovisium decis. 417. n. 15. Et necesse est vt patronus amittat possessionem, quod compatronus presentet vti vnicus patronus Beltraminus dicto num. 15. Garcia vbi supra num. 116. & sequenti Noguerol. allegatione 28. n. 32. & 39. Corrad. dicto cap. 6. n. 47. & 48. Et neutiquam in nostro casu invenitur, quod copatronus praestiterit consensu vti vnicus patronus, sed solū simpliciter vt patronus, sicque solum pro medietate qua erat patronus

72. Praeterea, quia praedictae resignationes neque possunt praedudicare Abbatissae, quia de illis non habuit scientiam, neque constat illas fuisse publicatas iuxta constitutionem Gregorij 13. de resignationibus publicandis quae constitutio Gregorij 13. mandat resignationes, & permutationes etiam coram Ordinario factas publicari infra tres menses ad evitandas fraudes, vt

E late

Presentatio de iure patroni a Seculari non est nulla.

4. argumentum.

Patronus conservat possessionem per presentationem copatroni.

Compatronus presentat vt vnicus Patronus

v. infra a fol. 271. a n. 73 ad 89.

latè explicat Paris⁹ de resig. lib. 11. quæst. 5. & 6. Garcia de benef. par. 11. c. 3. §. 5.

73 Remanet itaque plene satisfactum argumentis adversantium ex quorum solutione manifeste inferitur in subsistentia præventionis ipsorum ex defectu actionis: quia evidenter sequitur ex dictis Nobilem Ludovicum Soler non esse patronum dictæ Parrochialis Ecclesiæ. In primis non constat de fundatione illius ut est dictum; deinde neque ullum alium titulum habet.

74 Quia titulum primitivum successionis indicto patronatu quem allegat, est legatum dicti iuris patronatus factum per Simonem Rovira in suo testamento in favorem Francisci Sorribes; & deinde aliud legatum de eodem patronatu factum per ipsum Sorribes in suo testamento in favorem Ludovici Dolibes, cui dictus Soler aserit successisse: legatum autem prædictum, tam per Simonem Rovira quam per dictum Franciscum Sorribes factum est nullum, quia non intervenit consensus Ordinarij ut est supra probatum num. 45. ac per consequens dato, & non concessio, quod dictus Simon Rovira esset patronus, successisset in iure patronatus hæres dicti Simonis Rovira, & non Franciscus Sorribes cum legatum in ipsius favorem factum fuisset nullum Corradus in prax. benef. lib. cap. 5. nu. 10. & alijs supracitati n. 43.

75 Deinde alium titulum allegat per adversa dicens successisse in dicto iure patronatus, eo quia successit Raphaeli Onotrio del Graner, virtute fideicommissi per ipsum instituti cui aserit successisse iuxta Regiam Sententiam quam exhibuit in processu certum est enim virtute fideicommissi non posse transire ius patronatus dictæ Rectoriæ in dictum Nobilem Ludovicum Soler, quia ut ipse fatetur dictum ius patronatus est hæreditarium prout in dubio tale præsumitur Barbosa de iure Ecclesiastico lib. 3. cap. 12. nu. 23. & in collect. ad cap. relatum de iure patronatus num. 7. Rota apud Farinaf. decis. 675. num. 1. part. 1. Don Petrus Quesada Pilo disertatione 8. nu. 16. Lotterius lib. 2. quæst. 11. num. 19. & 20. Covarru. var. resol. lib. cap. 18. num. Lambartius par. 2. lib. 1. quæst. 2. num. 15.

76 Cumque fideicommissarius non sit hæres, minime in eum transit ius patronatus hæreditarium Vivianus de iure patronatus lib. 4. cap. 2. num. 76. & cap. 5. nu. 28. Peregrinus de fideicommissis art. 6. nu. 37. Covarrubias in cap. Rainutius de testamentis §. 9. num. 8. & lib. 2. var. resol. cap. 18. nu. 8. Barbosa ad cap. 1. de iure patronatus num. 10. & 11. & de potest. Episcop. par. 3. alleg. 71. num. 9. Cavallos communium contra communes quæst. 717. Riccius in prax. iuris patronat. resolutione 79. Lotterius de rebenef. lib. 2. quæst. 11. à nu. 29. Noguierol. alleg. 28. num. 63. Magistraliter Ciarlinus controvers. lib. 1. cap. 1. num. 40. ubi de communi testatur, & ab hac Sententia non esse recedendum in iudicando, & consulendo, & num. 43. affirmat hanc Sententiam esse veriore, idem confitetur Viseolus de transac. quæst. 82. num. 55. & consult. 100. num. 55. †

77 Hæc Sententia fortius est admittenda in nostro casu in quo necessario debent fateri adversantes dictum ius patronatus (casu quo ad ipsos spectaret) esse hæreditarium personale & perse stans cum non possit esse hæreditarium reale eo, quia non constat esse anexum Castro, fundo, vel alijs

*In patronatu an
transcat in fideicom-
missarium.*

† Farar. q. 634.

alijs bonis hæreditarijs quo in casu est evidens ius patronatus reale, personale non transire in fideicommissarium, sed manere penes hæredẽ defuncti Ciarlin dicto cap. 1 num. 40. Garcia de rebenef. par. 5. cap. 9. num. 17. cum sequentibus Castro Palau par. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 4. num. 4. & 5. Barbosa dicta alleg. 71. num. 9.

78 Vnde colligitur evidentur dictum Nobilem Ludovicum Soler nullũ titulum habere ad prætendendum dictum jus patronatus: ac per consequens neque ipsi juvare potest possessio prætenſa præſentandi, cum constet de titulo vitioso; nempe de vitioso legato factõ per dictum Simonem Rovira; & de incapacitate ſucceſſionis ratione fideicommiſſi Barbosa de iure eccleſiaſtico lib. 3. cap. 12. num. 84. Vbi dicit non ſuſfragare præſentationes continuatas, & immemorabiles Vbi conſtat de titulo in valido idem dicit ipſe Barb. in collectan ad Con. Trid. ſeſſ. 25. de reſor. cap. 9. num. 16. idem docent Riccius in praxi par. 1. reſol. 140. Gonzales ad regulam 8. Cancellaria gloſ. 18. nu. 48. & 49. Rota deciſ. 731. à num. 18 par. 1. di verſ. & deciſ. 220 num. 8. & 9. par. 3. & 274. num. 11. par. 3. Puteus deciſ. 206. num. 4. & 5. lib. 1. Buratus deciſ. 172. num. 2.

Præſentationes continuatas non ſuſfragant ubi conſtat de titulo in valido

S. Tertius.

DE IUSTIFICATIONE GRATIÆ APOSTOLICÆ DE dicta Rectoria in favorem dicti Doctoris Iosephi Pons.

79 **F**VIT dicta gratia, cum tota veritatis expreſſione obtenta, & legitimo executori commiſſa, per quem fuit debite executioni data vt est ſupra narratum in §. 1. in initio.

80 Iuſtificatione autem dictæ gratiæ fuit legitime facta, vt conſtat ex proceſſu coram legitimo executore actitato: & ex dicendis conſtabit diſcurrendo per omnes clauſulas.

81 In primis conſtat de iuſtificatione illius clauſulæ verificato prius dicto iure patronatus, ex fundatione, vel dotatione: quæ quidem clauſula licet importet conditionem, & operetur quod jus patronatus omnino, & ante omnia ſit iuſtificandum: tamen cum in hoc casu non diſputetur principaliter de patronatu, & de illius exiſtentia, ſed ſolum de pertinentia ipſius id eſt ad quem pertineat, non exigitur tam exacta probatio ſed ſufficit vt fiat ſecundum terminos, & formam C. T. ſeſſ. 25. de reſor. cap. 9. Rota de executoribus par. 1. cap. 4. à num. 124. Loterius de rebenef. lib. 2. queſt. 13. à nu. 109. Corrad. in praxi benef. lib. 4. cap. 3. num. 22. Vivian. par. 2. lib. 13. cap. 8. à num. 2. & lib. 11. cap. 5. num. 55. & 56. Rota apud Rubeum par. 10. deciſ. 169. num. 15. & par. 12. deciſ. 184. à num. 2. ad num. 8.

Clauſ. verificato qua probatio conuenitur

82 Vnde pro iuſtificatione dictæ clauſulæ ſufficit in noſtro casu probare ius patronatus ſivè ex inſtrumento fundationis, ſivè ex multiplicatis præſentationibus, quia Conſilium indiſto cap. 9 loquitur diiunctivè Barbosa collectaneis ad diſtum cap. 9. num. 1. Garcia de benef. par. 5. cap. 9. num. 141.

Ius patronatus probat vel ex fundatione vel multiplicati præſentationibus.

83 Conſtat enim ex dictis in §. 1. ex multiplicatis præſentationibus anti-

DE ANNO 1711

antiquissimis, & eff. etum fortis factis per dictam Abbatisam de dicta Rectoria ac per consequens est iustificata dicta clausula in qua licet dicatur ex fundatione, vel donatione, est satisfactum, si proberur ius patronatus ex multiplicatis presentationibus Rota dicto cap. 4. à n. 124. Corrad. dicto cap. 3. num. 22. Vivianus dicto cap. 8. num. 11.

84. Et quamvis alius preter Abbatisam pretendat jus patronatus pro parte, non per hoc potest calumniari ut surreptitia dicta gratia, nec impediri illius executio; quia illud iam fuit Pontifici narratum qui potuit medietatem patronatus alteri competentis derogare pro ut quotidie facit; sicut etiam ob plenitudinem potestatis potest Papa derogare cuilibet iuri patronatus sive Ecclesiastico, sive laicali sive mixto, Castro Palau par. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 10. num. 2. Vallensis ad decretalis ad tit. de institutionibus §. 2. num. 1. Tondutus qq. benef. lib. 1. par. 2. cap. 4. §. 9. nu. 33. quia Papa ex sua plenitudinis potestate liberam, & plenam omnium Beneficiorum dispositionem habet Garcia de benef. par. 5. cap. 1. à num. 1. Barbosa de potest. epis. par. 3. alleg. 57. à num. 1. & de iure eccl. lib. 1. cap. 2. num. 98. Castro Palau d. disp. 2. puncto. 13. num. 2. Vallensis ad tit. de institutionibus §. 2. num. 1. Loterius lib. 2. quest. 10. num. 88.

85. Prout ad exclusionem dictæ gratiæ iuris appaicit sua sanctitatis in dicta gratia clausulam derogatoriam medietatis iuris patronatus ibi. Nec non dicto iure patronatus pro altera medietate hic vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogantes, cuius clausulæ vigore censetur derogata medietas pertinet ad compatronum existentem in possessione presentandi iuxta ultimum statum, licet aliorum qui non sunt in possessione presentandi nulla habeatur ratio Rota de executoribus par. 1. cap. 4. num. 130. & 131. ubi pluribus Rotæ decis. hoc probat, idem explicat Loterius de rebenef. lib. 2. quest. 8. num. 105. & 107.

86. Constat etiam de iustificatione alterius clausulæ ibi: Et dictorum patronorum dictæ Ecclesie ad hoc expressus accedat consensus: quia iam est consensus dictæ Abbatisæ quæ presentavit dictum Pons; alterius autem qui est compatronus, non requiritur consensus, cum illius medietas sit derogata, ac per consequens est iustificata dicta clausula, Vivianus lib. 13. cap. 8. nu. 104. & lib. 14. cap. 2. n. 9. & 28. Rota apud Rubeum par. 4. r. 2. decis. 471.

87. Constat enim de alijs narratis in dictis Bullis scilicet de modo vacationis dictæ Rectoriæ, de idoneitate provisi, & de alijs expressis; sicque erant necessario exequenda prout de facto executæ fuerunt.

88. Ex dictis concludentur remanet probatum dictam Reverendâ Abbatisam Monasterij de Petris-Albis esse compatronam cum alio patrono laico dictæ Rectoriæ Sanctorum Gervasij, & Protasij; validam quæ, & ab omni vitio subreptionis, & obreptionis, & alia quacumque nullitate, liberam esse gratiam Apostolicam de dicta Rectoria per suam Sanctitatem factam in favorem dicti Doctoris Iosephi Pons; legitimeque esse executâ ab executore in ea deputato; ac per consequens iuste illius vigore esse immissum dictum Doctorem Pons in possessionem dictæ Rectoriæ; & ita declarari speratur. Salvo Semper, &c.

MOLINES. DE VALDE.

*Derogatio Patronatus
pro medietate*

*Clau. pro altera me
dieta de patrono
derogat medietate
patroni cuiuslibet
in quâ potestatis
plenitudinem habet
potest.*

Sancti deo 481.

Rotæ decis. 103. in addit.

Pro Reverenda Domina Abbatisa
Regij Monasterij beatae Mariae de
Petris-Albis ad probandam medietatem
juris patronatus ipsi etiam compatronae
competentem parochialis Ecclesiae Sanctorum
Jervasi et Probatij Barcinonensis et Pro Reve-
rendo Doctore Josepho Pons Presbitero, ab illa prae-
sente et provisi Apertatico de dicta Parochiali
contra Nobilem Ludovicum Soler et de Pequera et et